



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

In Capvt XIV. Qvæstiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)

C A P V T XIV.

NON turbetur cor vestrum. Creditis in Deum, & in me credite. 2. In domo Patris mei mansiones multe sunt. si quo nimis dixissem vobis: Quia vado parare vobis locum. 3. Et si abiero, & preparavero vobis locum: iterum venio, & accipiam vos ad meipsum, ut ubi sum ego, & vos sitis. 4. Et quo ego vado scitis, & viam scitis. 5. Dicit ei Thomas: Domine, nescimus quo vadis: & quo modo possumus viam scire? 6. Dicit ei Iesus: Ego sum via, & veritas, & vita, nemo venit ad Patrem, nisi per me. 7. Si cognovissetis me, & Patrem meum utique cognovissetis: & amodo cognoscetis eum, & vidistis eum. 8. Dicit ei Philippus: Domine, ostende nobis Patrem, & sufficit nobis. 9. Dicit ei Iesus: Tanto tempore vobiscum sum, & non cognovistis me: Philippe, qui videt me, videt & Patrem. Quomodo tu dicis: Ostende nobis Patrem? 10. Non creditis, quia ego in Patre, & Pater in me est? Verba, quae ego loquor vobis, à meipso non loquor. Pater autem in me manens, ipsa facit opera. 11. Non creditis, quia ego in Patre, & Pater in me est? 12. Alioquin propter opera ipsa credite. Amen, amen dico vobis, qui credit in me, opera, quae ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet: quia ego ad Patrem vado. 13. Et quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam, ut glorificetur Pater in Filio. 14. Si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciam. 15. Si diligitis me, mandata mea servate. 16. Et ego rogabo Patrem, & alium paraclitum dabit vobis, ut maneat vobiscum in aeternum. 17. Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum, vos autem cognoscetis eum: quia apud vos manebit, & in vobis erit. 18. Non relinquam vos orphanos: veniam ad vos. 19. Adhuc modicum: & mundus me iam non videt. Vos autem videtis me: quia ego vivo, & vos vivetis. 20. In illo die vos cognoscetis, quia ego sum in Patre meo, & vos in me, & ego in vobis. 21. Qui habet mandata mea, & servat ea: ille est, qui diligit me. Qui autem diligit me, diligitur à Patre meo: & ego diligam eum, & manifestabo meipsum. 22. Dicit ei Iudas non ille Iscariotes: Domine, quid factum est, quia manifestaturus es nobis teipsum, & non mundo? 23. Respondit Iesus, & dixit ei: Si quis diligit me, sermonem meum servabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. 24. Qui non diligit me sermones meos non servat. Et sermonem, quem vos audistis, non est meus: sed eius, qui misit me, Patris. 25. Haec locutus sum vobis, apud vos manens. 26. Paraclitus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quaecumque dixero vobis. 27. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: non quomodo mundus dat, ego do vobis. Non turbetur cor vestrum, neque formidet. 28. Audistis, quia ego dixi vobis: Vado, & venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis utique, quia vado ad Patrem: quia Pater maior est. 29. Et nunc dixi vobis prius quam fiat, ut cum factum fuerit, credatis. 30. Iam non multa loquar vobiscum, venit enim princeps huius mundi, & in me non habet quidquam. 31. Sed ut cognoscat mundus, quia diligo Patrem, & sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio. Surge, eamus hinc.

*in ang in f
phil et iac*

pro die postea

IN CAPVT DECIMVMQVARTVM

ARGVMENTVM.

CONSOLATIONE & variâ doctrinâ plenum est caput decimum quartum; mœsti erant auditâ de cruce Prophetiâ, maximè sollicitos habuit. Petro prædicta negatio, & incerti proditoris scelus. At Christus promissione regni afflictos solatur, se esse viam veritatem & vitam ostendit, Patrem in se videri, alio modo non posse ostendi, operibus suis credendum esse. Mandata sua ab illis custodiri, qui eum diligunt. Venturum spiritum veritatis, omnia docturum, caritatem servandis mandatis cerni. Pacem illis relinquit, & rediturum promittit.

Quatuordecim versus initio apud Syros leguntur in commemoratione Thomæ Apostoli, & Philippi. Syriace *ܬܘܡܐ ܘܦܝܠܝܦܦܘܫ* beducherana. in commemoratione, &c. Cætera vespere Dominicæ Pentecostes.

VERSVS I.

Et ait discipulis suis: non turbetur cor vestrum. Creditis in Deum, & in me credite.

QVÆSTIO I.

Cur admonet ne turbentur?

S. I. Magnam præ manibus certamen videbant, magnam *ἐπιπορευόντων* & *δυσκολίας* aiunt Chrysolomus & Theophylactus: Circumstantes procellas, & molestias ex verbis Domini coniciebant, quod fortissimo eorum Petro lapsus grauis prædicetur, o-

dia, fraudes hostium norant, toties de morte Domini admoniti dubitare non poterant, tristitia igitur omnia & sæua augurabantur. Christus cogitationibus varia agitantis vario solandi genere occurrit, & inopia mollire conatur, nam intransitibus affectibus si quis obstitat, facile excludit, admissi hominem rapiunt. Ne igitur dolori indulgerent, qui ex magistri morte doloris gravissima, contumeliasque iam animo perceptis tantum doloris contraxerant, monet. Dolere, & angustiam mortis carcerum naturale est, at Christus grauius eos conturbari vetat. *ὡς ἡ ἀποστολή* *ἡμεῶν ἡ καρδιά*. Ne Dominus conturbetur, ut merori succumbat, spem abiciat. Nam tristes esse aliquo modo, & intra metas recte rationis, non prohibet. Flere cum stentibus, & lugere cum lugentibus pietatis pars est.

Quia

Quod est Deus, summa, prima, creatrix, increata veritas, Deus trinus & vnus. Adæquatam est, quod æque late patet, atque ea quæ reuelata sunt, Deum, Christum etiam hominem, totam scripturam, traditionesq; complectitur. Falsum igitur nudam nos Dei facere mentionem, cum de obiecto fidei agitur: omnium rerum reuelatarum mentionem facimus, inter quas iustitiam inter scelera factam, rectam, & in animis facinorosorum manentem numerare fas non iudicamus. Multi autem sunt, qui Christum seu Deum hominem obiectum fidei existimant.

Quin Gregorius de Valentia in analysei fidei hanc primam propositionem probandam suscipit. Necessarium omnino ad salutem esse, firmâ fide credere, doctrinam, su-
præ rationis naturalis captum, à Christo traditam esse diuinam, atque verissimam.

VERSUS 2.

In domo Patris mei mansiones multe sunt, si quo minus, dixissem vobis, Quia vado parare vobis locum.

QUESTIO I.

Que vera sit lectio versus secundi?

§. 1. **L**ectionis varietatem Valla, Erasmus, Brugé-
lis, Maldonatus, Tolerus, cæterique anno-
tarunt. Verba Brugenlis p. 1089. His verbis non est præpo-
nendam, & ait discipulis suis, quod optima quæque manu-
scripta, cum Græcis & Syriis libris prætereunt, astipulantibus
tractatoribus tam Græcis, quam Latinis, vt autem hoc non est
preponendum, ita nec quod alij libri habent; neque formi-
det: postponendum est: est enim non huius loci, sed versus 27.
subsequenti.

Cardo in eo vertitur, an sit versus legendus, quasi
vna periodus. In domo patris mei mansiones multe sunt, si
quo minus, dixissem, quia vado parare vobis locum. ita vt si-
gnificet, se si multæ mansiones non essent, dicturam
fuisse se iturum, & locum, paraturum, vt mansiones si
non essent, fierent. In Græco non est *quia*, seu *quia*. *ἐν τῇ
οἰκίᾳ τῆς πατρὸς μου* *μοναὶ πολλαὶ εἰσιν*, *εἰδὲ μὴ εἶπαν αὐτοῖς*,
πρὸς τοὺς ἀκούσαντες αὐτῶν λόγον. Possunt tamē, & Græca ita
ita exponi, vt vna sit periodus. Dixissem vobis, vadam pa-
rare vobis locum. Possunt sic intelligi, vt post, dixissem vo-
bis; sit perfecta distinctio. Et noua periodus inchoat
ab illis verbis: *πρὸς τοὺς ἀκούσαντες*. Erasmus conten-
dit *quia* esse superfluum. Béza à *πρὸς τοὺς ἀκούσαντες* nouum
verbum inchoat, vt omnino distinguat. Sed & in
Græcis vna est periodus, ita Chrysostomus, Cyrillus,
Nonnus, Leontius, Theophylactus. Ab hac igitur le-
ctione non est recedendum, nec noua verbum faci-
enda distinctio.

Ratio est, quod veteres Græci & Latini ita legunt.
Nam etiam Augustinus, & Latini Græcis quos nomi-
nauit consentiunt, vt Rupertus, Beda. Deinde etiam
Syrus in vnam sententiam omnia concludit, & etiam
illud *quia* addit, non enim simpliciter dicit *quia* sed
quia dazet, quod est: nam vado; eam particulam
in versione Bibliorum regionum non bene omisam
video.

§. 2. Sensus est apud Theophylactum & aliōs
nonnullos. In domo Patris mei mansiones multe sunt; quod
sita non esset, vobis dixissem, me ire & parare illas, vt vos se-
curos redderem. Verba Theophylacti sunt. *ὡς εἰ δὲ οὐκ ἔ-
στιν οἰκία τῆς πατρὸς μου, καὶ ἴδὲ μὴ εἶπαν αὐτοῖς τῆς
πατρὸς μου, τὰς ἑσθλὰς τῶν ἑξουσιῶν τῆς πατρὸς μου, οἰκίαν τῶν
ἑξουσιῶν καὶ ἀρχῶν ποιεῖ. εἰ δὲ καὶ μὴ ἴδον αὐτοῖς, ἐγὼ δὲ ἐπι-
στέλλω καὶ ἰσχυροῦμαι. Vt non oporteat turbari circa
locum; multe sunt enim mansiones in domo Patris mei; Hoc
Adami Conzen in Ewang. Tom. I. I.*

est, sub potestate Patris, Domum enim potestatem, seu principa-
tum intellige. Si vero non essent domus, (*οἰκίαι* puto legen-
dum *μοναὶ* mansiones) ego iuissem & pararem vobis: Ad-
dit: vt neutra ex parte vos turbari oporteat. siue parata sint,
siue non, Etsi enim non essent parata, ego omni studio eas vo-
bis pararem. Siue etiam ad parandum vobis locum profectus
essem, non tamen, sic vos deseruissem, sed assumpsissem, vt v-
bi ego sum, vos etiam essetis. Vides consolationem, & animum
mulcentia verba: Vbi ego sum, illic & vos eritis, non igitur ra-
tio est, cur turbemini, cum mecum fuerit sitis.

In hac explicatione illud minus commodum vi-
detur, quod dicit: Si non essent parata loca, fore vt para-
ret ipse.

§. 3. Perspicua igitur & sibi cohærens sententia
est. Non oportet turbari, mecum eritis, in regno
cælorum, non mihi tantum, & Petro, sed cunctis fi-
delibus & piis parata est mansio. Hoc si factum
non esset, non vos inani sollicitatione frustratus es-
sem, sed diferte dixissem vobis: nam vado vt locum
vobis parem. Cum ergo ipse in me susceperim, vt
eam parare locum, eam vero aspera, & horrida via
crucis, non fellissem promissione loci, quem habe-
re non potestis. Cur enim pro vobis morerer, si mor-
tis nulla utilitas in vestram salutem redundare pos-
set? Itaque sensus non est: Dixissem vobis me ire pa-
rare locum, qui imparatus est. Sed ille: Si non essent
multæ mansiones, & vobis destinatæ, id dixissem vo-
bis, nec falsæ beatitudinis expectatione decepissem,
quandoquidem iam ibo, & omnia parabo. Eodem
modo Theodoretus.

§. 4. At quomodo iam erant, & quomodo pa-
randæ? Paratæ erant ab æterno, ante mundi consti-
tutionem, prædestinatione & electione hæredum fu-
turatorum. Parandæ erant patefacto aditu per Christi
in cælos ingressum, cum Sancta sanctorum intrauit, & duplici
propalauit viam sanctorum. Duplex igitur loci præ-
paratio est, per electionem, & acceptam in Christo
possessionem.

QUESTIO II.

Quid mansiones significant?

§. 1. **M**oras vocauit, quo æternum in illis manere
rent, alioqui mansiones Latinis etiam
vocat, & diuersoria, quæ Hebræis dicun-
tur *מִשְׁכָּן* & *מִלֻּחַן* & *מִשְׁבֵּן*, mischan, malon,
malagh. Syrus hic appellat *מִשְׁכָּן* auane.

Omnes veteres in cælo distinctos mercedis, & ho-
noris in cælo gradus esse, ex multis mansionibus
collegerunt. Nam ad consolationem omnium perti-
nebat in tanta inæqualitate perfectionis, quæ est in
hac vita, gloriæ diuersitatem in cælo cognoscere.
Caluinus Iouiniani fautor omnes antiquos repre-
hendit, quod distinctos honorum gradus in cælo fa-
ciant.

Causa cur reuocet olim damnatam hæresin, est, vt
nouam inducat; nempe merita omnia tollat, si enim
diuersus virtutibus gloriæ modus attribuitur, negare
non potest, quin operum ratio à Deo iusto Iudice ha-
beat, cadatque iustitiæ imputatiuæ figmentum.
At veteres magno consensu inæqualitatem docue-
runt, & contra Iouinianum propugnarunt. Cypri-
nus de disciplina, & habitu Virginum. Nec hoc iubet
Dominus, sed hortatur: nec iugum necessitatis imponit, quan-
do maneat voluntatis arbitrium liberum. Sed cum habitatio-
nes multe apud Patrem suum dicat, melioris habitaculi hospiti-
a demonstrat: Habitacula illa meliora vos petitis, carnis de-
sideria castrantes, maioris gratiæ premium, in cælestibus obti-
netis. Et Iren. l. 3. c. 21. plura in hanc sententiam habet
Augustinus quia (tract. 67.) est alius alio fortior, alius
alio sapientior, alius alio iustior, alius alio sanctior, in do-
mo pa-

mo patris mei mansiones multa sunt. Nullus eorum alienabitur ab illa domo, ubi mansionem pro suo quisque accepturus est merito. & paulo post: Sed multa mansiones diuersas meritorum, in vna vita aeterna significans dignitates.

Et Serm. 45. de verbis Domini. & de Sancta Virginitate. c. 26. Et sermone 59. de verbis Domini. At sermone 191. de tempore. At Iouiniani, inquit, damnamus errorem, qui dicit nullam in futuro meritorum distantiam. Pari modo Hieronymus l. 2. contra Iouinianum. Vbi etiam haereticam interpretationem refutat, Ecclesias habitationum nomine venire. Et eodem libro ca. 15. Locis & mansiones, quas preparare se Christus dicit Apostolis, in domo vti que sunt patris hoc est in regno caelorum, non in terra, in qua praesens Apostolos relinquebat. Simulque sensus scripturae intuentus. Dicerem inquit vobis, quia vado, & preparabo vobis locum, si non mansiones multa essent apud patrem. Hoc est, si non vnusquisque mansionem sibi, ex largitate Dei, sed ex propriis operibus prepararet.

Et l. 1. aduersus Pelagium. Multa mansiones sunt apud Patrem, quia & merita diuersa.

Diuersa
praemia.

Basilius l. de Spiritu Sancto ad Amphilochium c. 8. Nazianzenus orat. 33. Multa ne apud Deum mansiones sunt, quemadmodum scriptura docet, an vna tantum? Multa, inquis, non vna. Recte. Age vero easne omnes impleri? Deinceps querit. Estne aliquid, quod nobis has mansiones conciliet: ut mea est sententia, an omnino nihil? Est sane, inquis, Quid nam hoc? Hoc nimirum, quod diuersa sint viuendi genera & instituta, quodque pro fidei proportionem alia vita alio ducatur, quas nos vias appellamus.

Diueria ergo viuendi, mansiones diuersas faciunt. Non enim propter locorum discrimina, sed propter domorum ordinem ita vocantur, in vna enim domo sunt, & simul, Nam vt, inquit Nicetas, si vnam domum, vna lucerna tantum collustrat suo splendore, quilibet seorsum peculiariter lucem percipit, quarequam lumen in multas faces non diuidatur. Sic in futuro saeculo, vniuersi homines iusti recipiuntur, eodem loco, & non separatim, singuli pro suo modo, ex eodem lumine spirituali splendorem haurientibus, rationeque sibi conueniente gaudium, ac latitiam capientibus.

Gregorius Magnus diuersas mansiones, sed diuersitate concordantes esse ait. l. 4. mor. c. 42.

Eodem l. 4. Dial. c. 35. & l. 35. mor. c. 24. & hom. 16. in Ezechiel. Ambrosius in plal. 38. Quem autem numerum querat, accipe. In domo, inquit, patris mei, mansiones multa sunt. Dat ergo vnique locum Dominus Iesus, hoc est, aptam pro vnusquisque meritis mansionem. Vnusquisque enim in suo ordine. Et l. 1. c. 48. de officiis. Ideo & dies illos, requirit vita aeterna, qui sunt, non qui praeteriunt, vt cognoscat, quid sibi desit, quae terra sit re promissionis, perpetuos fructus ferens, quae prima apud Deum mansio, quae secunda, quae tertia, in quibus pro ratione meritorum vnusquisque requiescit. Propter meritum itaque, & meritorum praerogatiuis respondentia praemia licet antiquitati Caluinus indixit.

Innocentes
in mansio-
ne ponenda
Pelagiani.

§ 2. Fuit olim etiam alia haeresis, quae beatos paruulos extra regnum caelorum constituit. Contra eos Augustinus argumentatur tract. 67. Proinde re-
spiciendi sunt, a corde Christiano, qui putant ideo dictum mul-
tas esse mansiones, quia extra regnum caelorum erit aliquid,
vbi maneat beati innocentes, qui sine baptismo ex hac vita
emigrarunt quia sine illo in regnum caelorum intrare non po-
tuerunt. Hac fides non est fides, quia non est vera, & Catholi-
ca fides.

Mentio horum est apud Augustinum l. 3. de anima & eius origine, cap. 11. & l. 5. Hypognosticon: Erant vero Pelagiani. At regnum Dei, & domus Dei in quam Apostoli vocantur, idem est. Et si diuersa fingantur, domus ipsa regia regno dignior est: Domestici enim regis propiores illius sunt maiestati, quam subditi ceteri: apud eos enim dignus rege splendor & copia.

VERSUS 3.

Et si abiero, & preparauero vobis locum: iterum venio & accipiam vos ad me ipsum, vt vbi sum ego, & vos sitis.

QUESTIO I.

Quomodo locum parabit?

§ 1. **E**t si abiero, inquit, *καὶ ἐγὼ*, non est locutio hypothetica, sed particula *καὶ* accipienda est more Hebraeo, apud quos *καὶ*, si frequenter accipitur, pro, quando, vel postquam. Certe enim Dominus abiturus erat. Gen. 28. 9. ita loquitur Moses. Et Donatus illos Vergilii versus sic interpretatur.

Præterea si nona diem mortalibus agris

Aurora extulerit, & adis que retererit orbem.

Interim Theophylactus pro *καὶ* interpretatur.

§ 2. Ante Christi mortem nemo in regnum caelorum admittus est: Sed in limbo partes redemptionem expectarunt; post Christi ascensum in caelos liber est omnibus aditus. Caluinus ita differit, vt vtrumque non obscure neget. [Exortitur tanta quaestio, quae-
lis fuerit Patrum conditio post mortem, antequam
Christus in caelum ascenderet: Vulgo enim colligi-
tur, fideles animas in limbo inclusas fuisse, quasi
dicat Christus, suo in caelum ascensu paratum tri-
locum. Sed reponso facilis, quod locus hic parati
dicatur in diem resurrectionis. Natura enim exultat
humanum genus a regno Dei, ante reconciliationem
animas ait, velut in specula fuisse.]

Hic exulare humanum genus ait; In specula fuisse ait, quod si quaeras quo loco illa specula fuerit, supra an infra, nihil facile respondebit. Atqui alibi illam collocet necesse; nec enim nullibi, nec vbi que fuerunt. Nec exponit, quid sit, quod ait, non fruemur tanto bono, nisi quo vsque iterum in caelo appareat, neque quid per illam quietem intelligat; an panny-
chiam quandam, an vero diuinae praesentiae fruitionem. Lib. 2. instit. c. 26. §. 9. Limbum habere magnos auctores, sed fabulam appellat.

Vbi & speculam vel turrim speculatoriam pro limbo illis attribuit, nouo inuento.

De animabus mortuorum alibi existimat eas nec tormenta, nec gloriam experiri ante extremum diem Iudicii, qui error fuit, Albigensum, Almarici, Hermanni Kifviki. Caluinus vero de Daemonibus. Quocumque pergunt, sua trahunt secum vincula, & tenebris suis obuoluti manent, interea in magnum diem extremum eorum supplicium differunt. Vide nostrum Gualterium in anno 1500. p. 778.

Atqui in abyssum Satanas ire formidat, & diues epulo apud inferos in flamma cruciatur. Verum illa de quaestione alibi disputatum est.

VERSUS 4.5. & 6.

Et quo ego vado scitis, & viam scitis. Dicit ei Thomas, Domine, nescimus quo vadis: & quomodo possumus viam scire? Dicit ei Iesus, Ego sum via, & veritas, & vita: nemo venit ad Patrem, nisi per me.

QUESTIO

QVÆSTIO I.

Quomodo Christus via, veritas, vita?

§. 1. Consoletur suos Dominus, quod mors grauis videri non debeat, cum sciant, quo eat, nempe ad patrem, viam etiam norint, ideo & ipsi secuturi sint. Respondet Thomas & amans, & timens, Thomas interrogat, nescire se viam, & quomodo scire possit, interrogat. Chrysostomus alio illum animo interrogare dicit, quam Petrum. Hunc enim vt sequeremur animose quaesisse, Thomam timuisse. Forte & magistro, & sibi timuit: omnia autem illa proponit, vt instruantur, & viam discant. Erat vero obscura & confusa in Thoma vt & in cæteris cognitio. Ad regnum iturum credebatur, & viam esse mortem crucis etiam audierat; deinde viam, qua ad ipsum patrem veniretur esse Christum. At quomodo regnum aufpicaturus esset, quomodo ipsi eum secuturi, ignorabat. Viam sciebant, quia Christum norant, sciebant, quæ non recogitabant, ideo scire se nesciebant, quod vbi se collegerant, scire poterant.

Thomas interrogat, nescire se viam, & quomodo scire possit, interrogat. Chrysostomus alio illum animo interrogare dicit, quam Petrum. Hunc enim vt sequeremur animose quaesisse, Thomam timuisse. Forte & magistro, & sibi timuit: omnia autem illa proponit, vt instruantur, & viam discant. Erat vero obscura & confusa in Thoma vt & in cæteris cognitio. Ad regnum iturum credebatur, & viam esse mortem crucis etiam audierat; deinde viam, qua ad ipsum patrem veniretur esse Christum. At quomodo regnum aufpicaturus esset, quomodo ipsi eum secuturi, ignorabat. Viam sciebant, quia Christum norant, sciebant, quæ non recogitabant, ideo scire se nesciebant, quod vbi se collegerant, scire poterant.

§. 2. Viam se dicit qua ad regnum iturum, non modo qua homines, sed qua ierunt & Angeli vt docet noster Soar. T. 1. in 3. partem. Nam & doctrinam cælestem tradidit, vt tanquam via regia sine diuerticulis, & anfractibus ad patriam pertingere possent; Fidem etiam dedit, & gratiam, denique præiuit, vt eum imitarentur. Vide Basilium de Spiritu S. c. 8. Leonem ser. 2. de resurrectione. Theophylactus viam esse, quia per ipsum eundem. Et pari modo Augustinus. Ipsum iussit per seipsum, ad seipsum; nos quo inuis nisi ad ipsum; & quæ inuis nisi per ipsum: Ipse igitur per seipsum ad seipsum, imo & ad patrem, & nos & ipse. Qua autem re proprie viam nobis esse se docet, nisi qua mediator est, qua facta est via per inuia, per immane chaos quod nos à Deo separabat. Via est, præterquam quisquis graditur, quantumcumque currat, etiam si volet, non tamen ad patrem perueniet, quantumcumque currat, quia extra viam est. Egrege nobis viam Chrysostomus describit. *ἐγὼ εἰμι ἡ ὁδὸς: τὸ πρὸς τὸν πατέρα τὸ ὄντως ἐρχεται εἰ μὴ δι' ἐμοῦ, τὸ δὲ πρὸς τὸν πατέρα οὐκ ἔστιν ἡ ζωὴ, &c. ἐγὼ εἰμι ἡ ὁδὸς, & δεῖσθε μου τὴν χεῖρα ἡγουμένῳ, &c.* Ego sum via. Hæc demonstratio est eius: Nemo venit nisi per me. Veritas quia sine dubio hæc erunt. Ego sum via, non indigentibus manu ductore.

Ad Christum ire per Christum docet S. Leo serm. 16. de passione Domini, cum per semitam humilitatis & obedientie incedimus. Et serm. 18. Viam, ait esse in formam conuersationis nostræ. Augustinus l. 1. de Trin. c. 12. Viam esse secundum formam serui. Nazianzenus oratione. 5. Via dicitur, vt qua per seipsum nos ducat; Et Elias commendator.

Via quid.

In Christo igitur ambulamus, & mouemur quasi in via, sumus quasi in veritate, viuimus quasi in vita æterna. Via igitur doctrina est. Isaia 2. docebit multas vias suas. Mos est & agendi ratio. Sic videtur via homini aliquando recta, sed qua ducit ad interitum. Isaia. 8. & 10. Amos. 8. opera etiam actiones conatus, Iob 40. Prouerb. 3. Psal. 24. omnibus illis modis Christus nobis via est. Vide & Ambrosium T. 1. p. 301. & T. 4. p. 173. & 282.

Via in seos requirit.

§. 2. Hinc facile apparet quantum illi aberrant à vero, qui solam fidem sufficere arbitrantur, cum per viam, quæ Christus est, etiam cæterarum virtutum comitatu esse cinctos oporteat, non nuda fide securos vitiorum cloacas secum trahere. Obseruauit l. 3. Stromatum Renatus Benedictus, demonstrauitque non posse viam huius, veritatis, & vitæ participes esse, nisi sanctitatem colant. Idemdem idem horum verborum expositione inculcant Patres, præter. os quos Adami Conzen in Euang. Tom. 1.1.

citauit: Augustinus Epist. 49. atque aliis locis plurimis. Non patitur via illa impuros gressus, non imputat veritas improbis iustitiam.

§. 3. Bullingerus nos monet, vt & nos Caluina nos moneamus, ne neglecta via vnica salutis, quæ Christus est. Vias Zvinglianas, Caluianas, Libertinas sequantur, laxas quidem illas, & dealbatas, sed vias ad exitium ducentes. Nam miratur ille, quis maior genius illos in transfuersum rapiat, quibus allubescit, via Francisci, Dominici, Benedicti potius, quam Christi. Cui promptum est respondere esse vias non modo eorum quos enumerat, sed etiam viam Augustini, Basilii, Antonii, Pauli, Apostolorum, atque ad seipsum viam Christi. Christus ipsa via est, Apostolici, & viri Apostolici per eam ambularunt, magnis virtutibus, & miraculis in Ecclesia inclyti. Quod si dubitet quisquam, qui de amoenis mundi diuerticulis in hanc viam quasi per obliquum prospicit, accedat propius, cumq; arctam virtutis, & abnegationis præuiam esse cognouerit, cum mundam, & puram, cum veritate statam, & munitam, & cælesti lumine fulgentem non dubitabit asserere viam esse Christi.

Via Monachorum, via Christi.

QVÆSTIO II.

Quomodo Christus est veritas?

§. 1. Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromatum vna vias esse veritates docet, vnam Christi, *μὴν ὅτι καὶ τὴν αὐτὴν αὐτὴν ἀπαρῆκεν ἑαυτὸν καὶ τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν καὶ τὸν ἅγιον πνεῦμα ὡς ἑαυτὸν. Vna principalis est ipsa veritas, quæ per manus non traditur, quam à filio Dei didicimus: addendum illi eulogio, quæ ipsa est Dei filius. Nam Iudæorum sententia Messias veritas dicebatur. Ex Psalmo 67. vt Galatinus folio 145.*

§. 2. Non itaque anxie quaerendum, cur Christus se veritatem dicat, cum viam dixisset; multæ enim reddi causæ possunt. Nam cum viam dixisset, etiam veritatem addit, quæ luce cælesti sine errore duceret, quæ sit ipsa vita, vt ostenderet eum qui in via esset, & veritatem, & vitam tenere. Leo ser. 18. de resurrectione. Via in forma conuersationis iustæ, veritas doctrinæ diuinæ, & vita beatitudinis sempiternæ. Ambrosius l. de bono mortis c. 12. Eodem pene modo interpretatur.

August. l. 1. de Trinit. 12. secundum formam serui esse viam, secundum formam Dei veritatem. Alii viam esse, & veritatem absque legis cæremoniis Nazianzenus viam falsitatis expertem.

Denique vitam dicit, nam felicitatis æternæ obiectum est, & vitæ nostræ spiritualis effector, gratiæ, & gloriæ dator. Ita quidem, vt etiam mortui in hanc vitam perueniant.

QVÆSTIO III.

Cur nemo veniat ad patrem nisi per ipsum?

§. 1. VNum atque vnicum se mediatorem esse Christus profitetur, per quem vita æterna percipitur. Quare fugiendi sunt noui Samosateniiani, Soci-niani, qui mediatorem non agnoscunt, etiam Osiandriani, qui redemptos nos morte & sanguine Christi negarunt, Synodus Osiandriensis ait, duas iustitias esse à Wirtenbergenibus positas, vnam prædicatam in Euangelio, opera quæ Christus in sua humanitate fecit, pro nobis, item, fidem, remissionem peccatorum, sanguinem, passionem, queriturque Osiandricam mediationem & iustitiam à Brentio & Wirtenbergenibus induci Osiander enim omnibus Christi actionibus neglectis, iustitia Dei essentiali nos iu-

Christus mediator.

Osiandriensis.

Qq 2 stos est.

*Fiducia
heretica.*

ros esse sensit. Ita Christum mediatorem negavit. Nam à Brentio & Wirtenburgenſibus Christi meritum ac passionem, negari, ac damnari, & petulantibus quidem verbis, affirmant, abnegari dominum, qui nos redemit. Osiander Christum mediatorem negavit, dubitavit an humanitas Christi in vero virginis fuisset sancta; negavit esse in scriptura. Possit Deum nos per alium hominem redimere. nec in eâ extare, passione Christi nos iustificari. Hæc omnia ille libere; fretus ut dicebat, tribus A. A. A. Hoc est; Er traut auff dem Allmächtigen / Albertum ducem Borussia, Adam den Scharfrichter / impium hominem animaduertis, Deum, ducem, carnificem, qui Adam vocabatur coniungere. Damnatuſ deinde est in Synodo hæreticorum à suisfract Osiander, tum Regiomontana, tum Naumburgensi, verum in Polonia illis contemptis abiit: cæteros Lutheranos hæreticos, apostatas, Simios, lues, canes, appellavit, scholam Wittembergensem vero Corthurnum, locos communes, lotium. ita est in confessione & Synodo Oſterhodensi pag. 331. Contra illa omnia vnicui hoc pronuntiatum Christi sufficit; nemo venit ad patrem nisi per me, & quidem per me, tanquam viam; sum enim via; ostendit enim necessarium esse suum abitum, hoc est mortem & passionem: mediator igitur est morte & passione sua.

*Lutherani
Osiandro
occasionem
dederunt.*

§. 2. Furor Osiandrico occasionem dedisse rudiditatem Lutheranorum intellexit Stancarus, apostata quidem ipse, sed qui Theologiam Orthodoxam olim audisset, ideoque cæteris doctior Osiandro se opposuit. Lutheranis cum Christum esse mediatorem secundum diuinam naturam docerent, esse, hoc ipso & diuinitatem falsam fingebant, & passionis meritum, ac satisfactionem ita extenuabant, vt ex eorum opinione, eam contemneret Osiander. Si enim Christus non modo secundum humanitatem, sed etiam diuinitatem mediator est, non dubium est, eum etiam sibi vti Deo reconciliaſse genus humanum, per suam diuinitatem, at qui sibi ipsi alium reconciliat per se ipsum non est mediator. Imo eo procedit inſcitia Wigandus: vt Christum orasse secundum vtramque naturam contendat. l. 2. §. 18. de stancarismo, p. 106.

Hactam impudente responsione offensus Stancarus atrocita dixit in Lutheranos, Osiandri, Mörlonũ; alios etiam, vt Simlerum, Aleſium, Caluinum, Tigurinos, nam illi miserum oppugnarunt, omniaque in eum concitarunt. Vocabat Doctorellos, Lutheranellos, indoctos, imperitos Theologia. Atque hæc eius erant de Lutheranis iudicia, vt l. 2. de stancarismo in principio habet V Vigandus.

§. 3. Verissime, nihil enim in eos dici dignum tanta fatuitate, & impietate potest, qui Deum filium, etiam nondum incarnatum supplicem esse patri, & pro nobis orare, docere non verentur, supplicem esse alteri, adorare alterum, pro aliis intercedere, minoris est potestatis. Nec animaduertunt homines imperiti errore illo totum induci Arianismum, filioque non aliud quam creaturis attribui adeoque si Semarianos audiamus, secundariam quandam diuinitatem primariæ adiungi.

Cur non eodem etiam modo Spiritui sancto, & sibi supplicat? Respondetille. l. 1. pag. 11. non esse id factis literis traditum, considerandum tamen ait patrem esse fontem Deitatis? Quid hoc obsecro, an ideo supplicare patri solet, quia fons est Deitatis? an maior filio pater? & maior ante incarnationem? Quis vero dubitat, Christum si secundum diuinam naturam orauit, sacrificauit, obediens fuit, minorem fuisse eo secundum illam naturam, qua alterius excellentiam

professus est? Quin non potuit id agere secunda persona, nisi & pater oraret. Secundum personam Wigandus etiam ante incarnationem orasse pro nobis affirmat. orare autem, supplicare, intercedere, non sunt actiones personales, sed absolutæ, & conueniunt oranti, Deo vt Deo, ideoque omnibus personis. Quemadmodum igitur mundum condere, eligere ad vitam ænam, velle saluare iustos, damnare impios, omnium sunt personarum, & si aliqua nonnunquam vni personæ attribuantur, vt sanctificatio Spiritui sancto, non tamen ita sunt vnus vt non etiam alia idem præsentent personæ, si igitur secunda persona orauit patrem, orauit & pater, & Spiritus Sanctus, & si patrem adorauit, adorauit & Spiritum Sanctum, ideoque & pater orauit, & Spiritus Sanctus, imo pater filium, & Spiritum Sanctum orauit, illi supplicauit, oratio enim qua vni personæ supplicatur, ad alias etiam se personas extendit. Atque hoc est, quod merito gloriatur Strancarus vniuersam scripturam, Patres, & concilia à se stare. Eodem modo legem impleſse Christum, secundum vtramque naturam, & sic redemiſse fingit, pag. 113. & negat potuisse legem impleri Christo secundum humanam naturam, pag. 114. Respondetille quidem omnes personas cooperari in hoc opere, sed seruata proprietate, at vero non potest esse vnus personæ proprietatis, vt se alteri subdat, alteri suplicet. Imo tandem eo procedit: vt p. 128. vt filium fuisse seruum secundum diuinam naturam dicat. Nam ad argumentum Stancari hoc respondet.

Quia Deus secundum suam diuinam naturam, aut personam non potest esse seruus, nec alteri in sedare dominium. Respondet Wigandus. Possit etiam secundum diuinam naturam seruire filium.

Quanta hic inſcitia est confidentia? Masias Christum seruum appellat, non secundum naturam, quia æqualis est patri, sed quam accepit ex semine Dauid. Filium suum Pater misit redemptorem, & mediatorem; Vere enim Deus mediator est, vt & mortuus, sed mediator, orator, sacerdos, mortuus secundum humanam, non diuinam naturam. Liberare diuinitatis, & potentia, seruire, supplicare, mori, humanitatis. Si seruire diuinitati potest, etiam mori potest. Tam enim repugnat diuinitati dominium in se alterius, quam potestas in dæorū qua eam occiderent. Diuinam itaque maiestatem de throno istæ inſcitia deturbant, cum illi proprie & secundam naturam eius tribuunt, quod ratione naturæ aſsumptæ de ea prædicatur. Quod autem æternum est per se non potest, nec mori secundum naturam, quia æternum est, ita nec quod natura sua non potest habere dominium, aut superiorem, quodque essentialiter est supremum, non potest seruire, non potest esse in aliena potestate, secundum naturam, qua super omnia est. Ita Cyrillus intelligendus est in Apologia.

§. 3. Cyrillus nunquam diuinitatem orasse, aut mortuum dicit, aut mediatricem esse, sed Deum, non qua Deus est, sed qua formam serui accepit. Alius in Polonia impium scriptum edidit, quod postea Cracouiæ eſurauit. cui etiam noster Gregorius de Valentia respondit. l. 5. c. 10. Vbi notandum est, humanam naturam ita medatricem fuisse, vt illa fuerit principium operum obedientia, caritatis proximum; Sic enim & Augustinus l. 9. c. 15. de ciuitate. Non ob hoc mediator est Christus, quia est verbum, sed mediator est, secundum quod homo. At si consideratione alia vtamur, & quaramus vnde meriti infiniti valor, & æternitatem humanarum dignitas originem habuit, dicendum est, ex diuinitate id esse. Atque hoc modo dici potest mediator, qua Deus & homo. Actones dignitas sunt hominis qua homo est, dignitas autem actionis à per-

QVÆSTIO I.

Quomodo ex Christi cognitione orta est cognitio patris?

§. i. Qvod Patrem tanquam viæ terminum non cognoscant, causam reddit, quod non satis ipsum cognoscant. In posterum tamen fore ut cognoscant, ab hoc tempore, Nam breui misso Spiritu Sancto illuminandi fuerunt. Et vidisti eum, inquit, qui Christum viderunt, qui Deus erat, vnus cum patre essentia. Sed quia Christi diuinitatem non satis cognouerunt: nec ex ea patrem etiam cognouerunt. Confessi patrem erant cum Petro, sed multa hoc tempore fidem non turbabant modo, sed cum de morte audirent, non poterant ista conciliare, quomodo filius Dei, hoc est, ipsa vita moriendo, & non viuendo redimeret.

Patrem nõ satis nouerunt.

Quod alii legunt cognoscitis, non potest probari, cum sit in Græco particula potentialis αὐ. Non cognoscebant Deum ut patrem quemadmodum monet Chrysostronus. Et Theophylactus: ἵδεσθαι τὸν πατέρα οὐκ οὕτως ἐπέλω, ὡς θεὸν τὸ ἠδεσθαι ὡς πατέρα τὸ εἶπω. Nouerant enim patrem ut Deum, nondum autem ut Patrem. De perfectiore aliqua cognitione, & distinctiore intelligendus est. Deinde addit, εἰς ἐργασίαν καὶ τὴν ἐκείνου, τὴν αἰτίαν τῆς τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἐργασίας. Si igitur cognosceretis, meam essentiam, & dignitatem vti que Patri cognosceretis. Nazianzenus oratione 36. filium habere se ad patrem ait, quo definitio ad definitum, ideo cognitionem vtriusque esse coniunctam. Verbum porro, quia ita se habet ad patrem, ut sermo ad mentem, non modo propter generationem passionis omnium expertem, verum etiam propter coniunctionem ipsius cum patre, vimque enun- ciatricem.

Generatio aeterna.

Vbinorat Elias illa verba: peculiari modo, μονοτό- πως, quod nullam comparationem admittat cum illis, quæ corporaliter gignuntur, aeterna generatio. Fit enim ἀχρόνως, ἀπόβρωτος, ἀπεθῶς sine tempore, sine fluxione, scilicet, nouæ substantiæ, quæ sit in genito, non in gignente, eadem enim numero essentia communicatur filio, quæ est patris. Sine v' la passione aut mutatione, vel gignentis vel geniti, alter enim ab aeterno immutabiliter gignit, alter generatur.

VERSVS 8. & 9.

Dicit ei Philippus, Domine, ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Dicit ei Iesus, Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me? Philippe, qui videt me, videt & Patrem. Quomodo tu dicis, Ostende nobis Patrem?

QVÆSTIO I.

Quomodo Philippo volenti patrem ostendi, respondit?

§. i. Cvm vere crederet, & tamen confusa, & obscura omnia sibi esse animaduerteter, ostendi patrem postulat. Hoc sufficere professus, ne opus esset in posterum interrogare, vel occasio esset dubitandi. Caluinus hic queritur Philippo ingrati- tudinem obsticisse quo minus patrem videret, verum ille facit quod solent anxii, certus esse cuperet, aliquo signo quod in perpetuum ipsum confirmaret. Perinde est ac si dicat, filius Dei es, a Patre diligeris, & exaudiris, patrem etiam adeo tibi similem afferis, vt te

à personæ præstantia sumitur, quæ Deus est. Interim etiam orationis, obedientiæ, sacrificii dignitas est à Deitate, non tamen orat, obedit, aut sacrificat Deitas. Nam labor Christi, fames, sitis, fatigatio, dolor, lachrymæ, mors, merendi & satisfaciendi immensam dignitatem ex personæ diuinitate traxerunt, nec tamen diuinitas laborauit, esuriit, sitiuit, doluit fatigata est, aut mortua: ita vere & proprie secundum humanam naturam Christus mediator est, & via, qua ad Deum venimus.

Sic Athanasius in exposit. fidei. αρχὴ τῆς οὐρανίας οὐκ ἐστὶν ἡ ζωὴ καὶ ἡ ἀθανασία τοῦ υἱοῦ τοῦ πατρὸς, ἀλλ' ἐστὶν ἡ οὐρανία ζωὴ καὶ ἡ ἀθανασία τοῦ υἱοῦ τοῦ πατρὸς, ἡ οὐρανία ζωὴ καὶ ἡ ἀθανασία τοῦ υἱοῦ τοῦ πατρὸς, ἡ οὐρανία ζωὴ καὶ ἡ ἀθανασία τοῦ υἱοῦ τοῦ πατρὸς. Principium enim veritatis conditus est homo dominicus, quem in salutem nostram manifestauit, propterea habemus ad patrem aditum, in- spicimus est via, quem admodum dixit. adiungit viam esse, σωματικὸν τὸ θεῶν, corporeum aliquid spectabile, quod est homo dominicus.

Eodem modo fere l. de salutari Christi aduentu, dicit. εὐκαίρως ἦν ἡμῶν πρὸς φάδον καὶ ζωῶν, recentem & vi- uam viam inuouauit.

Christus Deus, & veritas immutabilis.

§. 3. S. Athanasius etiam hinc Deitatem Christi & Spiritus S. probat. disputatione contra Arium in Concl. Niceno scriptum est: estote sancti, sicut ego sanctus sum: sanctificans vos. Et Seruator iterum ad sum patrem de sanctificatione discipulorum locutus est: Pater sanctifica eos in veritate tuâ, cum tamen idem de se ipso dicat. Ego sum veritas. ac prouide secundum ista ipsa patris filique diuinitas, & sancta est, & sanctificans, ut que sanctificet omnia rationalia, que digna habentur ex libero studio, & arbitrio recipere, beatam essentiam, in communionem sanctificationis.

Ex eadem veritate Christi immutabilitatem probat, disputa- tione secunda cõtra Arianos, cum enim se veritatem dicit, τὸ ἀρεσκόν, inquit, αὐτὸς inconvertibilitatem suam demonstrat. Et oratione 4. contra Arianos, probat etiam eandem inconvertibilem Christi veritatem.

Quomodo autem sit veritas demonstrat lib. de passione & cruce. Verus est autem Deus, non modo scilicet, quod non moriatur, nihil enim contrarium est in illo: neque ut homo homini, ita ille testimonium verum præbet, cum nemini sit obnoxius: sed quod ipsam ex se veritatem gignat, paterque sit Domini ita loquentis: Ego sum veritas: veritati porro nunquam mendacium amicum fuerit.

Veritas est igitur originalis, & fons omnium veritatum.

QVÆSTIO II.

Quomodo filius est vita?

§. i. S. Athanasius vitam esse verbum, & Deum pro- bat, oratione 4. contra Arianos. εἰ τὸ διὸς ἐστὶν ἡ ζωὴ, καὶ αὐτὴ πρὸς τὸν πατέρα, &c. ὁ μὲν τοι ἦός ἐστι τὸν ἰσχυ- ρὸν θεὸς οὐκ ἀπαρῶς, ἀλλ' ἀληθινὸς θεὸς ἐστὶ τὸν αὐτὸν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος, ἐλέγχετο ὁ υἱός, ἐγὼ εἶμι ἡ ζωὴ. Si vero fili- us est vita & ipsa apud patrem, &c. Si vero filius est vita, se- cundum Ioannem non simpliciter, sed verus Deus, & secundum ipsum: Et Deus erat verbum, dicitque filius ego sum vi- ta. Qui vitam igitur se nominat, satis indicat, se Deum esse, alioqui vere vitam se non nominaret. Vitam au- tem spiritalem per Messiam sibi reddendam etiam Iudæi crediderunt. Vulgatum quippe apud eos. Merces bonorum operum in hoc seculo non est. Et כל ישראל כל הבא לעולם. omni israeli est pars in sa- culo venturo.

Vita est Deus.

VERSVS 7.

Si cognouissetis me, & patrem meum vti que cognouissetis: & amodo cognoscetis eum, & vidistis eum.

Adami Conzen in Euang. Tom. II.

Quomodo
voluerit
videre pa-
trem?

vt te cognito & illum cognoscere possimus, age ergo ostende nobis patrem. An oculis corporeis eum apparere aliqua specie externa, an cognitione aliqua, quæ euidentiā habuerit in attestante, cognoscere voluerit, incertum est, hoc certum est, cognoscere voluisse, modum ostendendi credo Domino reliquisse.

§. 2. Respondet Dominus. Tanto tempore vobiscum sum: Syrus *הנא בבלה זבא חנה* *Hana culle, h z abna.* Toto hoc tempore vobiscum sum, frustra ne laboraui, docendo vos: & non cognouistis me. Chryso- stomus, Hilarius, & alii nonnulli habent *ἐγνωκας*, cognouisti; nam ad solum Philippum refert. Non infert, & non cognouisti patrem, sed non cognouisti me. Triennio enim cognoscere potuit & debuit. Tamquam certissimum igitur statuit se & patrem eiusdem esse omnino essentia. Nam postcentibus ostendi patrem, se substituit, tanquam verissimam, expressissimam & coessentialē imaginem patris. Quod si oculis corporeis patrem videre voluit, vt putat Theophylactus *ὁ δὲ ἀμαρτωλὸς οὐτως μαρτυρῶν τὸν πατέρα, ὁ δὲ θεὸς οὐκ ἔμελλεν αὐτὸν τοῖς σωματικαῖς ὀφθαλμοῖς.* Non possumus sic discernere patrem, ostende illum corporeis oculis. Si hoc fuit desiderium Philippi, non tamen aliud illis oculis exhiberi potuit, quam Christus: pater enim corporeis expererat, & in Christo tota erat essentia patris.

Philippus
terrens esse
cepit.

§. 3. Firmam rationem nobis verba Christi sup- peditant pro eius diuinitate contra Arianos, & pro personarum diuersitate contra Sabellium. Contra Arianos quidem: Nam nulla creatura esse potest, quæ nobis diuinitatem ita referat, vt ea cognita, cognoscatur & pater. Omnis enim creatura infinitissimis modis minor est creatore. Contra Sabellianos autem. Quia se & patrem semper distinguit; qui me cognoscit, cognoscit & patrem, alium & alium; Si enim non sunt diuersi, verum ita loquitur, ac si quis diceret, qui cognoscit Tullium, cognoscit & Ciceronem, fraude discipulos circumueniet, si de vna eademque persona, quasi de pluribus loqueretur. Itaque merito fronte meretricia esse pronunciat eos, qui post illa verba adhuc in Christo negant, vel æqualem esse cum patre diuinitatem, vel eandem personam, quod idem vehementius vrget Theophylactus. Per se enim patrem cognosci Christus affirmat, vt qui suam substantiam videat, etiam videat patris. Basilium eodem modol. de Spiritu Sancto cap. 8. probat duplicem in Christo naturam. Augustinus: Non quod ipse esset pater & filius, quod in Sabellianis, qui vocantur etiam Patripassiani, Catholica fides damnat: sed quod tam similes sint Pater & filius, vt qui vnum nouerit, ambos nouerit. Solemus enim de similibus duobus ita loqui eis qui vnum eorum vident, & qualis sit alius volunt nosse, vt dicamus: Vidisti istum, illum vidisti. Sic ergo dictum est, qui videt me, videt & Patrem. Non utique vt ipse sit pater, qui filius, sed quod à Patris similitudine in nullo prorsus discrepet filius.

Filius si-
milimus
patri, non
est pater.

Addit Augustinus Philippum patrem voluisse ostendi, tanquam filio meliorem, idcirco à magistro illum argui, qui cor postuantis videbat. Se ait in Patre esse, & in se patrem. Non esse dissimiles substantiarum distantia, non posse inseparabiles separatim cognosci. Sic & Ambrosius in Lucam. Victor Vicensis l. 2. de persecutione Wandalica. Hoc non dixisset, inquit, nisi Patri per omnia esset æqualis. Cyrillus l. 1. The- sauri cap. 6. Et Epist. 29. Hanc vocem competentissimam diuinitati esse affirmat. Plura de eisdem Augu- stinus de verbis Domin. serm. 18. de Trinit. l. 1. cap. 8.

Contra Maximinum Arianum l. 3. c. 24. Hilarius l. 7. de Trin. Vide D. Thomam hoc loco, Bedam etiam atque alios.

§. 2. Nazianzenus hoc ex loco præcipue *ὁμοῦστος* probare instituit. orat. 49. Ergo ipsum quod est, hoc erit sub-

stantia huius rei, quæ esse defenditur, quod tamen, vt iam di- ximus est, quantum & qualis sit, nec mente concipi, nec sensu as- sumari, nec animo definiti potest. dummodo constet esse, quod creditur, vt de eo ipso quod Deus est, nude sit filius, & verus sit filius, & verus sit pater in filio, & filius in patre. Hoc erit *ὁμοῦστος*, i. vnius essentia cum patre: Sicut ipse dominus ait, ego in Patre, & Pater in me. Ego & pater vnum sumus. De- clarat hoc exemplo luminis, brachij, & multa deinde testimo- niis Sacra Scriptura. Consentiens est Iustini sententia de veritate religionis Christianæ. Tertullianus contra Praxeam. Epiphanius contra Sem arianos: Clemens lib. 5. Stromatum ex Platone quædam similia pro- ducit.

§. 3. Præ omnibus tamen hoc loco vritur Atha- nasius contra Arianos. oratione breui contra Aria- nos, initio. Dialog. 1. monet *θεωρεῖσθαι* idem esse quod *γινώσκοντες*. Dial. 2. Exprobat Anomeo, quod philoso- phetur in vocibus, *ὁμοῦστος* & *ἀπόκτιστος*, inquit, & dissimile. Loqui de *ἀφ' ἑαυτοῦ* & *ἀπό πατρὸς* mallet. inter- rimi notanda eius sententia. Abit autem ad patrem, vt qui formam serui accepit; quatenus vero est Deus, habet pa- trem in semetipso, dicens. Ego in Patre, &c. Et paulo post, ex eo quod dicit, Qui videt me, videt & patrem, probat *ὁμοῦστος* eius esse *ἀπό πατρὸς αὐτοῦ*, inuariatam ab essentia patris, nisi enim esset talis qualis Pater, eo cognito, *ἴνα πατὴρ* non continuo cognosceretur & Pater. & Dialog. 3. *ἴνα* qui est contra Macedonianos vbi orthodoxus sic cõ- cludit. *ὁ δὲ θεὸς γενεῶν τὸν υἱὸν ἐκ γενεῶν τὸν πατέρα, ἡ δὲ ἐκ θεοῦ πατὴρ ἡ δὲ υἱὸς. Qui videt filium, videt & patrem, vna igitur patris & filij Deus.* Et Dialog. 5. Hanc visio- nem de Deitatis cognitione intelligendam docet, non enim aspectores Deum patrem viderunt. Et l. 3. de assumptione. Inde probat vnam esse, inuisibilem naturæ veritatis imaginem. Idem repetit in regula confess. fidei. & addit: Cur ipse clamat, pater in me, & ego in patre, si in his natura diuersa, vel excisa est? Dispu- tatione in Niceno, etiam æqualitatem probat. Et se- cunda disputatione demonstrat de personis, non ex rerum naturis ratiocinandum. *ὁυ βδέχεται τὸν υἱὸν, ne iniquare naturam.* nam omnia ex creaturis similia hic deficient. Et oratione secunda contra Arianos, nobilis eius est sententia. *ὁ υἱὸς τὸ αὐτὸ ἐνοῦσται, καὶ κατὰ τὴν φύσιν ἐστὶν ὁμοῦστος τῷ πατρί, ἅλα τὸ αὐτὸν εἶδος αὐτῷ ἴδιον εἶναι τὸ πρόσωπον.* Filij intellectio & comprehensio est cog- nitio de patre, eo quod ex substantia eius sit propria proles. & orat. 2. Hic loqui filium, vt est verbum, & imago patris. Et orat. 3. Absolute illum loqui, nec causam addere, ne secundis aut posterior videretur illis, ob quæ talis esset. Et orationem quartam hac sententia concludit, eaquet triumphat. Pater: que oration. 5. vbi ostendit, neminem sancto- rum ita loqui aut sum, atque etiam deinceps probat v- nam atque eandem esse in patrem & in filium fidem. oratione 5. Quid maius aut perfectius, quam hoc: E- go, & pater vnum sumus: aut illud: Ego in patre, &c. Tan- dem oratione eadem concludit: non separandam Dei- tate verbi ab eo, qui ex Maria genitus est. Oratione de Chri- sti diuinitate. *Que vides in patre, vides in filio.* Et lib. quod Spiritus non sit creatura. æternitatem, & *ὁμοῦστος* decla- rare ait. In expositione fidei docet *ἐκ πατρὸς ἑκείνου*, totum ex toto simile esse patri. Idem etiam est in decreto Con- cillii Niceni contra Arianos, vbi reprehendunt eos qui his verbis auditis non retrahuntur à sua opinione, qua filium putant à patre alienum. Eadem expro- bratio est in sententia Dionysij Alexandrini. De in- carnatione vero probat, id non habere vt sit con- substantialis, sed quod ex substantia patris natus est.

Contra Sabellii gregales Athanasius hunc in modum argumentatur. Non seipsum, patrem dicens: qui enim id fieri posset: Cum Pater sit inuisibilis, sed talem se dicit: qualis Pater est. Nam superius dixerat, si cognou- uisset.

ADAMI
112
+ Evangelium
CIV
121

uisset me, etiam patrem cognouisset, dualitatem personarum expressis verbis nobis declarans. Prolixè locum tractat Epistola ad Africanos. *Quid credantur filio ita dicenti: Ego & Pater unum sumus. Quid, inquit, quoniam ita scriptum est, credimus.* Interpretantur tamen hoc de similitudine, cum vero vgeretur, ut similitudinem exponerent, ad concordiam voluntatum omnia renocabant. Quos ille refutat, & ait. Illam concordiam rerum creatarum cum Dei voluntate esse intractabilem.

Pergit deinde reliqua parte similitudinem hanc esse substantiæ identitatem, non consensum voluntatis. Similia passim apud orthodoxos patres inuenies, Nylsenum Leonem, Fulgentium, Vigilium, Boetium, Ildorum, Anselmum, Richardum, D. Thomam, alios. Ex quibus facile conuinci possunt Blandrata, Seruetus, aliaque pestes, à quibus nunc religionis sinceritas oppugnat.

Patres hac sententia vsi omnes.

Opera & patris & filij.

Et est in editione anno 1581.

Zwingli- ni & Cal- uini a- rianis: aut

§. 4. Magna mihi causa fuit, ut studiose veterum expositiones colligerem, vimque earum ostenderem; nã illa verba pro clypeo, & hasta fuisse, & patribus singulis, & integris concilijs, videmus contra Arianorum perfidiam. Ita ut Concilium miretur, hæreticos sola tam clarè scripturæ auditione errorem non ponere. Nostri tamen Calviniani nihil hic dici contra Arianos arbitrantur, ac proinde fidem, quantum in istarum ipsius est, produnt. Caluini ista sunt in commentario [Hæc verba non ad diuinam essentiam refero, sed ad modum reuelationis. Christus enim quo ad æternam suam diuinitatem, nihil nobis notior est, quam pater; Verum dicitur esse expressè Dei imago. Quia se totum in illis patefecit Deus. Neque tamen perperam veteres, qui hinc testimonium sumunt pro afferenda Christi diuinitate, sed quia non simpliciter disserit Christus, quis ita se sit. Sed qualis debeat agnosci à nobis; virtutis potius, quam essentiaelogium est.]

Non habet in editione Stephani: Neque tamen &c. anno 1555; Marloratus addit alia verba, nempe; non tamen veteres perperam hinc Christi diuinitatem probasse. Ac reuera perperam fecerunt, si hinc de essentia sed de modo reuelationis agitur. Quin ante Caluinum Zwinglius aditum Arianis patefecit. Cum etiã hinc deitate probari negaret. Quem primo Caluinus fecutus est, postea ut mutigaret, sibi contradicere voluit.

Zwinglius quamuis ex miraculis probari diuinitatem concedat; non tamen rectè exponit, illa verba. *Qui videt me, hoc est miracula meam; eodem modo & illa interpretabuntur Ariani, si cognouisset me, cognouisset & patrem meum.* Denique si cum dicit: *Me intelligit miracula & opera; quo sensu dicitur. Ego in patre, & pater in me, hoc est, miracula mea;* Quæ omnia ita absurda sunt, ut posteros eorum pudeat, & patrum interpretationem sequantur. Multa impia interimi scripta sparserunt, quale est illud Ioachimi Vadiani, vbi circulis in cludit Trinitatem. Hinc Paulus Alciatus; Valentinus Gentilis, Mathæus Gribaldus, Lælius Zozinus, Petrus Statorius, Georgius Blandrata, Bernard. Ochinus, Ioannes Syluanus, Franciscus Balduinus, Sebastianus Castellio, Erasmus Ioannis, cum veterum sanctorum interpretationes fastidiunt, notaque eundem, ad Arianismum, Anabaptismum, imo etiam Turcismum deslexerunt. Adamus Neuserus minister Calvinista Heidelbergensis per Arianismum factus est Machomedista; Cuius extat posteris notanda sententia anno 1574. 2. Iulij ad Stephanum Gerlachium scripta. Nullus, inquit, nostro tempore, mihi notus, factus est Arianus, qui non antea factus fuerit Calvinista, Seruetus, Blandrata, Alciatus, Franciscus Davida, Gentilis, Gribaldus, Syluanus, alij, igitur qui tunc sibi se incidat in Arianismum, cauet Calvinismum. Hæc ille. Ut vero cauet Calvinismum, in primis eorum in scripturam commen-

tarios plenos veneno mortifero caueat. Alemannus Pedemontanus Beza familiaris, & ferox, dum scripturam de Trinitate à suis corrumpi videt, paulatim dubitare cœpit, donec ad Iudaismum defecit. Atque hæc de loco celeberrimo, quem patres contra hæreses præcipue vsurparunt, quemque nunc Calviniani extorquere conantur orthodoxis. De quo nihil nunc habeo quod addam, quam in Syriaco textu pulcherrimam esse alliterationem. *כי אבא באבא אבא ב* Dena babi, vebi bi. Ego in patre, & Pater in me. Nam verbum omittunt.

QVÆSTIO II.

Quomodo pater in filio manens faciat opera?

§. 1. Non modo pater in me manet, sed & ego in patre, Deus de Deo, Deus in Deo, ille autem opera facit, facio & ego, non aliter ille, aliter ego, sed vñã vterque atque indiuisa potentia ac sapientia. Nõ autem in me esse, vt in sanctis, aut prophetis est, velut in legato, sic enim non est in principe legatus, at ego ita in patre sum, vt omnia eius mea sint. Quorum vero opera sunt communia, illorum etiam eadem est substantia, vt Theophylactus vere argumentatur. Itaque opera non facio vt filius Iosephi, sed vt filius Dei. Verba autem quæ loquor, non loquor vt homo, sola mea auctoritate hominis, sed pater mihi illa dedit, Homini Deus. Diuina auctoritatis itaque sunt. Beda data Christo verba, seu auctoritatem docendi vult æterna generatione, alij concinnius Christum vt homo est, ea accepisse. Opera non modo miracula, sed etiã internam, qua corda illustrat, gratiam, omniaque alia intelligi possunt. Vide hoc loco quæ Augustinus habet de quinque hæresibus c. 6. de verbis Domini serm. 56. & 55.

Opera & patris & filij.

§. 2. Augustinus tractatu 61. verba à patre data ait, quia filius est à patre, quem Beda secutus est. *Sed quid est à seipso non loquor, nisi à seipso non sum, qui loquor, et quippe tribuit, quod facit, de quo est ipse, qui facit: Pater enim Deus est, non de aliquo, filius autem Deus est quidem patri æqualis, sed de patre Deo. Ideo ille Deus sed non de Deo, lumen sed non de lumine. Iste vero Deus de Deo, lumen de lumine.*

Ostendit deinde ex his sententijs duas hæreses exortas esse, Arianorum & Sabellianorum. Ariani dicunt: non est æqualis, quia à seipso verba non loquitur. Sabelliani, seu P. tripassiani, pater est filius, quia in ipso manens facit opera: ille vtrosque à via, sed cõtrario errore exorbitantes reducere conatur. Sabellianis obijcit, Tam non esse eosdem patrem & filium, vt Ariani negent æquales. Ariani vero; Tam esse æquales, vt Sabelliani dicant eosdem. Longius itaque eos à se mutuo, quam à veritate abesse docet. Interim ideo filium demonstrat non loqui à semetipso, quia non est à semetipso, sed ab altero, nempe à patre. Qui tamen æqualis est patri, nam quacunque pater facit, ea & filius facit. Ita tamen æqualis est, vt sit tamen alter, ideo patrem in se esse dicit, & in se manere, idem autem in seipso esse non dicitur. Sic etiam Fulgentius l. 3. cap. 6.

Ariani & Sabelliani contrarij.

§. 3. Non acquiescunt tamen in veterum Catholicorum expositione noui Ariani, Imo se capere illa dissimulant, cum nihil certius sit, quam duobus modis posse aliquid ab alia accipere persona diuina Christum, vel per æternam originem, vel ratione humanitatis. Hoc de doctrina, operibusque pariter accipi potest. Nam hoc ipso quod filius æterna generatione potestatem creandi ac operandi accepit à patre, et operatur in eo, & cū cooperante pater. Hinc Io. 5. *Eadẽ quo facit*

pater, facit & filius. Vterq; abdita perspicit, saluat, sanctificat, eligit, prædestinat, peccata remittit. Prouerb. 8. Ioan. 1. Coloss. 1. 1. Cor. 8. Psal. 31.

§. 4. At vero pater inquit omnia dat filio, etiam ipsa verba & opera. Pater ergo maior, filius minor. Beatius est enim dare quam accipere. Dare enim est abundantia, accipere vero indigentia. Qui dat aliquid perfectionem habet, qui accipit est in potentia. Quod si negemus filium cum accepit in potentia fuisse, cum accepit à patre, haud recte dictum videtur. Nam filius, quod à patre accepisse dicitur, potuit recipere, si non potuit, non recepit, si potuit in potentia fuit. Deinde est nunquam caruerit, eo quod recepit, nunc etiam perpetuo recipiat, hoc ipsum tamen imperfectionis est, recipere, non à se habere. Sic materia nunquam informis fuit, nec tamen ideo non est ignobilior, forma, à qua perfectionem suam accepit. Hæc Blandrata, & Franciscus Dauid, atque alij ex posteris Serueti. Huic argutia respondendum est. Secundam personam in diuinitate non esse inæqualem primæ, quod per generationem accipiat substantiam, nec tertiam esse duabus minorem, quod eandem essentiam accipiat per æternam processionem à patre filioque. Ratio est, quia in eadem indiuisibili essentia, sapientia, potentia, vnum sunt, atque idem perfectissime: Deinde communicatur accipientibus perfectissime tota essentia cum attributis absolutis, quocirca tanta est præstantia in accipiente, quanta est in dante, quia vtriusque est eadem deitas, ab hoc data ab illo accepta. Tam necessario accepta, quam necessario data. Vnum autem sunt dans, & accipiens. Non autem filius dicitur esse in potentia Physica ad actum aliquem recipiendum, sed illud ipsum posse accipere à patre eandem essentiam, est pollere, & valere accipere, atque adeo diuinitatis. Itaque in diuinis personis tam magnum, diuinum, ac dignum est posse generari, quam generare, posse spirari passiuè, quam posse spirare actiuè, Generare, generari spirare, spirari, procedere, verba sunt non dignitatis inæqualium personarum, sed ordinis, & originis. Ac pari ratione dare, ac dari, communicare, & communicari, cum eadem sit necessitas accipiendi, quæ est dandi: nec mendicatio & precario accipiant personæ, quibus aliquid datur. Nam cum vna sit, simplicissima omnium essentia, omniaque omnium personarum cum ea identificentur, non potest non esse summa omnium æqualitas. Datur autem est beatius quàm accipere, in auxilijs humanis, cum aliorum benignitate & abundantia, egenarum inopia subleuatur. Nam alioqui sæpe accipientium, quam dantium maior est dignitas, & dona crebro sunt seruitutis & obsequiorum, non præstantiæ & dignitatis argumenta. Quin etiam in rebus naturalibus videmus membra ignobiliora multa dare nobilioribus. Cum ergo dare sit superiorum, & inferiorum, etiam esse parum potest, quod in diuinis perfectissime fieri dicimus, in quibus nulla dantis est eminentia, nulla accipientis subiectio.

QVÆSTIO III.

Cur credi iubeat?

§. 1. Non creditis quia pater in me est, & ego in patre? Alioqui in de patre, si non mihi creditis, propter opera credite. Latinus & Syrus textus habet interrogationem: non creditis, Græcus. Credite mihi, absque interrogatione. Ita etiam Theodorus Heracleotes, & aliqua nonnulla exemplaria Græcorum. Operum ergo cōmunio eiusdem naturæ signum est. Ambros. lib. 1. de fide. c. 2. Denique habes in Psalmo 44 quod Deum Patrem dicit Propheta, & Deum filium declarant, dicens: sedes tua Deus in sæculum sæculi. Deinde de operibus subiungit. Operationis enim vnitatis, non facit pluralem diuinitatem, sicut ipse Domi-

num ostendit dicens: Credite mihi, quia ego in Patre, & pater in me, alioqui vel propter opera ipsa credite, & hic aduertimus quod vnitatis diuinitatis, per vnitatis operationis designauerit.

Vbi est notandum legisse illum. Vel propter opera, aut quod probabilius est, explicatiois ergo, particulam vel, addidisse. Solet autem Christus & Iudæos, & discipulos Ioannis Baptistæ, atque adeo suos Apostolos ad opera, hoc est miracula remittere, ut quod sibi non tribuitur, illis tribuatur. Quare & merito nos quoque ab hæreticis opera postulamus; quandoquidem enim nihil adferunt, nisi scripturas mancas, sensu, aut stylo adulteratas, vitamque impræbam, merito flagitamus aliud ab illis iudicium veritatis. Quod cum præstare non possint, non modo illis quæ non credunt sua præmia debentur; verum etiam illi, qui credunt sunt inexcusabiles. Cum nulla sit causa credendi, multæ aut quibus impostura detegi possit. Cui enim sit auctoritas, qua stultos oportet ad sapientiam peruenire, ut docet Augustinus, considerandum est, qua parte auctoritas illa stet, quæ mouere possit dubitantes, ut credant hos, non illos Deum legatos esse. Nam si hinc signa multa & magna, illinc nihil supra communem naturæ cultum appareat, sine exultatione nouis Apostatis, sine vilo veritatis symbolo creditur.

§. 2. Occurrit tamen Caluinus. At illis ipsis miraculis freti sumus, quæ Apostoli ediderunt, quandoquidem non nisi illam ipsam doctrinam proponimus, quæ ab ipsis Apostolis est explicata. Atqui hoc ipsum est quod controuertitur. Catholici se eam doctrinam retinere docent, non modo ex scripturis, sed per seriem & successione ætatum omnium, & miraculis continue probatam integritatem, quæ necdum in Ecclesia cessant. Itaque Apostolorum miracula esse nostræ doctrinæ testimonia docet non interrupta series. Nec veritas doctrinæ quam iactant id efficit, falsam enim esse plures norunt. pauci veram esse credunt. Hoc autem ipsum est, quod in quæstionem venit; an doctrina eorum vera sit? Hoc non vita, non miraculis, non ratione, non scriptura probant, non consensu patrum. Vnica ratio est, quæ pudenti-
Haritio-
vnum
pudenti.

VERSUS 12.

Amen, amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio & ipse faciet, & maiora horum faciet.

QVÆSTIO I.

An credentes maiora fecerint, quam Christus miracula?

§. 1. Precium mortis suæ, & fidei in ipsum ostendit. Non est, inquit, virtus mea & potentia corporali præsentia alligata, nolite credere, aut metuere, ne me abeunte, etiam gloria, & memoria de situra sit; ne illi qui in me credunt, auxilio destituantur; nam cum in regnum venero, de folio meo illustrata munera largiar, illi ipsi quos misero non modo opera quæ facio, æquabunt verum etiam superabunt. Facient vero mea virtute & gratia, ut me non perijssit, sed dominari mundus intellegat. Facient vero non sua, sed mea virtute, ut me mundus agnoscat. Nam ego in omnibus operibus oratoris, inquit Chrylostonus, præteritæ evange-
Opera
vnum
standum.

§. 2. Ma-

Accipere
non est
minoris.

Dare &
accipere in
diuinis æ-
qualia
sunt.

Ad opera
dubios
Christus
remittit.

Haritio-
vnum
pudenti.

Apostol
miracul

Maiora
sanctorum,
quae Christi
miracula.

§. 2. Maiora horum faciet. *μεγαλα τρωτα*, nosse Graecum retinuit. Quomodo fecerint sancti maiora, quaeritur, & varia sunt sententiae, hoc enim difficillimum adiecit, ut monet Augustinus. Querimus qui faciat opera, quae Christus fecit, quomodo inuenimus qui maiora faciat? Idem Augustinus duas adfert responsiones. Prima est, Maiora miracula facta; nam Petrus vmbra tactu sanabat aegros, hoc Christus non legitur fecisse. Deinde ad Apostolorum praedicationem, & miracula multo maior facta est conuersio, quam ad Christi conciones: non quod illi maiores fuerint vni genito Dei filio, sed quod per eos vni genitus illa facere dignaretur.

Alij maiora facta, quod in alio genere facta sint: Nam Christus non nisi miracula fecit, quibus humano generi bene faceret. Apostoli etiam miraculis punierunt, act. 5. v. 8. 9. 10. 1. Cor. 5. 5.

Alij ad multitudinem referunt, nec mirum esset, quosdam per annos quadraginta aut quinquaginta plura operatos, quam Christus triennio fecit, quod tamen vix credibile est. Nonnulli in eo excessum collocant, quod Apostoli gentes conuerterint. Nec desunt qui hoc ipso maiora miracula esse aiunt, quod daemone per seruos suos vincat, non modo per seipsum. Vt Origen. hom. 7. in Esaiaam.

§. 2. Dicendum tamen est, quosdam sanctos fecisse maiora miracula, quam ipsum Dominum comparatione operum inter se, de his enim loquitur, & modo etiam faciendi. Maximum fuit miraculum resurrectionis Christi sed de illa non agimus, sed miraculis quae hominum aspectibus exhibita, ut Apostolos, aliosque Christi ministros esse, Christum autem dominum & Deum esse crederent, ne minus potentem putarent post resurrectionem quam fuit in mortali corpore. At quae fuerunt illa maiora? Quidam aegros vmbra Petri sanatos, alij semicinctijs Pauli restitutos, & sane non eo modo videtur fecisse Christus miracula. Excitauit Christus mortuos, sed excitauit, & alij, & quidem Paulus Act. 20. adolecentem qui de tertio conaculo ceciderat, excitauit, in quo non modo fuit mortui resuscitatio, sed etiam membrorum collisiorum, & fractorum subita redintegritas, & consolidatio, quae in mortuis a Christo excitatis nulla fuit. Haecigitur ex parte multo maius miraculum fuit. Gregorius Thaumaturgus montem loco mouit, itagnu siccauit, Lycum eorum reuocauit, nihil de Christo tale est auditum. Legio fulminatrix pluuiam impetrauit, ne exercitus Romanus peiret siri. Ambrosius 3. de fide notauit verbis prioribus similitudinem nobis miraculorum donari.

Si igitur illa verba: *Et ipse faciet*, similitudinem indicant, necessario sequentia, & maiora horum faciet, excessum significare debent. Petrum certe multa fecisse, & posteros, si quis historiam recenscat, cognoscat. Aratus in hunc modum exponit.

Apostolorum
miracula.

Excute Petre gradus: tecum medicina salutis
Ambulat, adde viam, si pes est ad gaudia velox.
In pedibus non esse moram, tua semita vita est,
Si properas, iam nemo iacet: tu motibus vmbra
Corpora cuncta leuas, atq; hoc simul inscia voti
Sumit turba tacens, quod cum rogat, accipit vnum.

Et Laetant. l. 4. de vera sapientia. c. 21. Discipuli vero per provincias dispersi, fundamenta Ecclesiae ubique posuerunt, facientes & ipsi in nomine magistri Dei magna & pene incredibilia miracula: quia discens instruxerat eos virtute, & potestate, quae posset noua annuntiationis ratio fundari, & confirmari.

§. 3. Calvinus miraculorum faciendorum gratiam, non esse aliquid commune singulis pijs, sed ad totum Ecclesiae corpus pertinere: nec solis Apostolis conuenire. Nam diffusum esse per totum Ecclesiae

corpus. At corpus Ecclesiae non facit miracula, sed nonnulli, qui in corpore illo, versantur. Si igitur aliquis sit vbicumque coetus, qui Ecclesiae nomine se vendit, in quo nemo sit, qui miracula faciat, nullus locus, nullum oratorium, nullum templum miraculis illustre; certissimum esse debet, in eo veram Christi Ecclesiam non esse. Miraculorum enim potestas est dos Ecclesiae, ut nunquam desint, qui illa faciunt, quemadmodum alio loco ex S. Augustino docui.

VERSUS 13. 14.

Quia, ego ad Patrem vado, & quocumque petieritis in nomine meo, hoc faciam: ut glorificetur Pater in filio. Si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciam.

QUESTIO I.

Quid promittit petentibus aliquid a Patre?

§. 1. **N**ON vno modo se Deum esse demonstrat. Nam primo si quid petant, in nomine suo se facturum, nempe si patrem rogent, se facturum. Vt Pater in filio glorificetur. Syrus habet *בברכה* babberesh in filio suo. Quaedam adiunctum, Patrem, quod est etiam in correctis, & addendum videtur omnino. Nam postea versu 14. habet, *si quid petieritis me*. Deinde cum addit, *ut glorificetur Pater in filio, satis indicat patrem rogatum per filium dare*. Bugensis ita de lectione huius versus iudicat. *Quinque manuscripta nostra Brug. Lobb. Clar. & Audomarensia duo. Aliaque Hentenij & Zegei, & Epanorthote, omittunt patrem, consentaneae Graeco ac Syro, ac saeuentibus tractatoribus veteribus Augustino, nisi quod Nonnus eiusmodi quid addat, paraphrasen agens.*

Summa est illa consolatio, cum se siturum ad patrem dicit: Sed ita tamen, ut quicquid petierint a patre, vel a se id sit ipse facturum, ideo enim ad patrem ire, ut eos exaudiat. Postquam caeleste sanctuariu intrauit eius humanitas maiore quodammodo intercedit.

Solatio
nostru in
eo est, quod
Christus
vadit ad
patrem.

§. 2. **Q**ua ex re etiam clarum ac manifestum est, Christum, cum pro omnibus intercedat, petentibus postulata concedat, etiam miraculorum gratiam Ecclesiae non negare. Ideoque constat & illud; eos coetus, quibus nullius vnquam signi potestatem dedit, non pertinere ad eorum numeru, quibus datum est: si quid petieritis me, faciam. Ecclesia itaque expers miraculorum, non est vera Ecclesia. Sic Apoc. 11. 3. Testibus suis Deus promittit miraculorum potestatem. *Dabo duobus testibus meis, & Prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta, amicti saccu. Et si quis voluerit eos nocere, ignis exiet de ore eorum, & deuorabit inimicos eorum. Et si quis voluerit eos ladere, sic oportet eum occidi. Et habens potestatem claudendi caelum, ne pluat diebus prophetia ipsorum: & potestatem habent super aquas conuertendi eas in sanguinem & percutere terram omni plaga, quotiescumque voluerint.*

ubi non
sunt mi-
racula no-
est Ecclesia.

Per hos testes intelligunt suos aduersarij ministros, & reformatores, alij Hussum, Hieronymum Pragensem. Alij Lutherum, alij Zwinglium, aut Calvinum, aut Mennonem, & prout quisque in partibus est, suae factionis aliqui Coryphaeum nominant. At illi miraculorum, non modo sunt expectes, sed cum ludibrio, & periculo ingenti tentarunt, nullo euentu.

Miratus sum Brentij impudentiam, cum refert in commentarijs suis homilij. Ideo suos miracula nullae

Heretici
non volūt
miracula.

nulla patrare, quod à Deo non petant, si petere impetraturos. Cur vero non petendum sibi illam potestatem arbitrentur, causam esse, quod iam miracula gloriam Dei non illustrent. Ita nolunt sibi eam fieri potestatem. Vtrunque falsum est. Nam & misere cuperent vel, unico miraculo suas sectas inclarescere, & miraculis Dei gloriam etiam hodie illustratur.

Miraculorum effectione cupere illos heresin suam confirmare docet nobile Lutheri exemplum, quo ipsum pene dæmon oppressit. Quin ipse lib. de seruo arbitrio. Mandatum esse nobis dicit, ut prorsus nullum dogma admittamus diuinis signis non anse probatum. Et in Deut. 18. Deum ait solere signis firmare dogmata, nullo saculi carnalium respectu. Quod si miracula facere possent, ut duo illi testes, iam dudum nos ignibus & aquis oppressissent. Non orare quidem credo illos, ut miracula impetrent, non quod ea non cupiant, sed desperatione impetrandi.

§. 3. Diuinam porro gloriam miraculis illustrari etiam hoc tempore probatius est, quam ut probatione egeat. Cur enim olim facta sunt miracula gloriæ diuinæ illustranda, iam fieri non debent? Apollolorum tempore non ab illis modo verum & successoribus innumera facta esse nec aduerfarj inficias eunt. Post eorum tempora plurima fuisse, auctor est Iustinus Dial. contra Tryphonem.

Et Apologia ad Marcum Imperatorem, & Senatorem. Irenæus etiam sui temporis miracula recenset l. 2. c. 57. & ex eo hereticos confutat. Super hac arguentur, inquit, qui sunt à Simone & Carpocrate, & si qui alij virtutes operari dicuntur, non in virtute Dei, neque in veritate, &c. Sed in perniciem &c. & addit: Tantum absunt ab eo, ut mortuum excitent, quem admodum Dominus excitauit, & Apostoli per orationem, & in fraternitate sapissime propter aliquid necessarium, ea que est in quoque loco Ecclesia, vniuersa postulante per ieiunium & supplicationem multam, reuerfus est Spiritus mortui, & donatus orationibus sanctorum: & ne quidem credant in totum hoc posse fieri, esse autem resurrectionem à mortuis, agnitionem eius, que ab eis dicitur veritatis. Hostes autem Catholicorum ab illis sepe sanitatum accipere beneficia protestatur. Quando igitur apud eos error & seductio & magica phantasia, in speculatu hominum impie fiat: in Ecclesia autem miseratio, & misericordia & fraternitas, & veritas ad opulationem hominum, non solum sine mercede & gratis, impetratur, sed & nobis ipsi erogantibus, que sunt nostra, pro salute hominum, & ea, quibus hi qui curantur indigent, sapissime non habentes à nobis accipiunt, vere arguuntur &c.

Veterum
miracula.

Et Iustinus in eodem dialogo. Ex rebus gestisque quotidianis Christianorum, Ethnicos accurate confutat.

Hæc talia apud Tertullianum, Cyprianum, Eusebium, Hieronimum, Augustinum, Gregorium, Leonem cæteros prope innumera reperiuntur, & doctissime persequitur est noster Adamus Tannerus anatomie p. 2. Demonstr. 9. Igitur omnibus sæculis miraculorum effectores habuit Ecclesia, ea que res ad gloriam Dei cessit, fideique confirmationem, etiam hoc tempore ad eiusdem gloriam pertinet, ut inter tot hereses, schismata, versiones, euectiones, lacerationesque scripturæ vera Ecclesia & genuina nota & symbolo miraculorum sese exerat, & supra spurias Satanæ synagogas caput attollat. Toraniam inter contrarias hæreses, velut depugnantes procillas pendent, cur non illæ, ut olim, ita & nunc mirabilium operum aspectu cognoscere possint, vbi sit digitus Dei? Illa igitur vera est Ecclesia in qua sermonem Dominus confirmat sequentibus signis, quæ confirmatio cum ab omnibus hereticorum congregationibus procul absit, non possunt Ecclesia Dei esse. Hereticis autem vera & propria miracula Deus negauit, præstigia in

Ecclesia
sola mira-
culis cla-
ret.

lucem hæresis produxit, ut Anaxilai *πατριάρχης*, Marcum eius imitatore, simileque impostores, Veteribus igitur vera negauit, nostris ut Caluino & Luthero, ne falsa quidem permittit, ne saltem miraculorum veterum imitamentis simplicium ruditate, circumuenire possint. At omnes fidei nostre articulos, multas etiam Cærimonias miracula probantur.

§. 4. Verissime itaque nos affirmare possumus, non modo Apostolicis, sed continua serie sequenti sæculorum, per miracula fidem Catholicam esse confirmatam. Multi hoc docuerunt, & demonstrent. Doctissimus Pammelius in l. 1. c. 9. Irenæi commentarius id neruose & breuiter demonstrat. Hinc primum obserua quanta, qualesque sint Hæresiarum artes, & codæmonis vires in propagandis erroribus: quippe qui Apostolos, prophetas, & Martyres Catholicum dogma innumeris miraculis Constabilis cernentes, illisque hominum mentes facile commoueri: hoc charismate se omnino destitui iniquissimo animo serunt, & tanto liuore tabescunt, ut sanctorum miraculis quam maxime possunt detrahant. Ut autem vel illos aquare saltem videantur, ad Diabolicas magorum fraudes se se conuertunt, quibus incautus imponant, auaritiæ suam expleant, & gloria inscriant. Nec deest furoris sui satellitibus, technarumque ministris mendaciorum parens, qui cum exigentibus hominum delictis permiserit æquissimus & supremus Iudex, nihil non potest. Hinc stupenda impostura Apollonii Thyenei, quibus apud Eusebium, Hieronimus illum conatur Christo adæquare. Inde oracula illa Delphica, Pythica, Clauia, Dodonea, que saluberrimo Christi aduentu perisse scribit idem Eusebius. Ex eadem officina proderunt insignes Simonis Magi illusiones, quas fuisse describunt Clemens, Adianus, Justinus, & hic nos Irenæus. Similibus artibus grassabitur filius ille perditionis, cuius aduentus erit in signis & prodigiis mendacibus. Postremo & hic obseruare licet impios priores Gnosticos, relicto Catholicorum ritu, quem Christus per Apostolos omnibus Ecclesiis tradiderat, celebranda Eucharistia, recentes formulas cuiusdam cæne finxisse, quod & posteriores nostro hoc auo sedulo imitati sunt. Contra Hieronem lib. 4. de prep. cap. 1. & 2. & lib. 5. cap. 1. 2. 3. 4. Lib. 6. de cons. Apost. c. 9. & l. 2. recog.

§. 5. Alios patronos Caluinus putat omnes excludi, cum dicitur, si quid petueritis in nomine meo ego faciam. Respondeo. Christum quidem orationes in suo nomine factas exaudire. Nam serio ait, ego faciam *אני אעשה*. Ego faciens, ego. Nec admittit vllum patronum, qui exaudire, & præstare id possit, nisi data à Christo potestate. At vero cum aliorum pro nobis orationes petimus, eas quoque in nomine Christi petimus, vno hic cum illi thronu regis nostri a deant. Si enim Christi patrocinium aliorum hominum viuorum, vel cum Christo regnantium appellatione læditur, peccauit Apostolus cum Ecclesia pro se orationes postulauit, peccant hodie principes cum subditorum publicas orationes postulant. Aliorum igitur suffragia ad Christum, in Christo, in communionem fidei & caritatis petimus, non quasi ipsi Christo æquentur, sed ut Christo nostri causa supplicent. At ego nec illos qui fratru se precibus commendant, à Christo abire iudicio, & S. Ambrosium, dum sanctorum se intercessionibus committit, cum illis Christum adire certum habeo. Ille l. de viduis. Isti sunt Dei martyres, nostri præfules, speculatores vitæ, actuumque nostrorum, non erubescamus eos intercessores, nostra infirmitatis adhibere, quia ipsi infirmitate corporis etiam cum vincerent cognouerunt. Et serm. 3. de natali Nazarij & Celi. Quæ cum ita sint, carissimi, licet hic tantus Christi restis, (Nazarius) preciosus confessione, preciosus sanguine, crudeli vulnere preciosior, & ideo tincta veste candidior, licet hic Mediolanensium peculiaris putaretur priuilegio sepulchri, sed omnium est, communionem suffragij.

Patronos & aduocatos dicere non veretur, sub magno patrono, & Domino confertuos, iam Domino cariores

iores. Sensum suum ipse Ambrosius oratione 2. Præparatoria ad Missam mirifice expressit. Et ut efficacius sit deprecatio, Beata Maria Virginis suffragia peto, quam tanti meriti esse fecisti, ut prima inter mulieres nouum munus offerret. &c. Martyrum preces deprecato, confessorum orationes, expostulo, orat. 2. præpar. ad Missam. Vide etiam exhortationem ad virgines.

VERSVS 15.

Si diligitis me: mandata mea seruate.

QVAESTIO I.

An qui diligit, mandata seruet?

§. 1. Hos versus eandem, eamque vilem ac necessariam doctrinam continentes coniungere visum est, licet disuncti sint, ne eadem opus sit repetere. Seruare in Syro טרר ארר Taru à netar, forte huc pertinet Græcum τρεῖν.

V. 21. Qui habet mandata mea, in Syro est, apud quem sunt mandata mea.

Custodia legis amor Dei. Cum Christus promississet omnia, quæ peterebantur se facturum, conditionem adiungit, ut se diligant, vehementer autem eum se diligere putabant, quod discessu illius tantopere dolerent; At Christus aliud dilectionis signum exigit, non lachrymas, & fletus ob discessum, sed mandatorum suorum custodiam. Nā probatio dilectionis est exhibitio operis, ut docet Gregorius. Tanto autem quisque magis à superioribus disjungitur, quanto inferioribus delectatur. & Chrysostronus Semper Deo inherendum docet.

Caritate lex impletur. §. 2. Caritate legem impleri hinc docemur; Qui enim diligit, legem impluit, & qui diligit mandata seruat. Verissime Theodoretus in Gal. 5. Es amator legis serua qua sunt legis necessaria. Habe caritatem in proximum, per eam enim lex vniuersa impletur, circumcissionis autem & præputij discrimen fides sustulit, neque enim in militibus albedinem, aut nigredinem, sed rei militaris peritiam duces postulant.

Sine caritate lex non seruatur. §. 3. Econtratio etiam constat non posse sine caritate legem seruari, cum caritas præcipua sit legis pars, & omnium legum particularium caput. Ita Chrysostronus in Psal. 7. Quicquid enim in singulis liberalitatis, benignitatis, auxilij proximo adfertur, id totum ad communem legem caritatis pertinet.

Mandata seruari possunt. §. 4. Concludimus etiam falsam esse opinionem, qua negatur posse seruari mandata. Christus enim tanquam certum, & euidentem statuit, Apostolos diligere non modò diligere posse. At qui diligit mandata seruat, seruari igitur mandata possunt. Dilectionem autem esse possibilem probatur ex v. 15. Si diligitis me mandata mea seruate. Alioqui respondere potuissent, non possumus te diligere: at postea Petrus responderet. Domine tu scis omnia, tu scis, quia diligo te. Deinde 21. Alii qui à patre diliguntur, & à filio, & Ioannes erat discipulus quem diligebat Iesus, at nemo à patre diligitur, nisi & ipse diligit, nemini nisi diligenti se manifestat, loquor autem de amore, qui est Dei erga iustos. Denique ad aliquem veniunt filius & Pater, at non nisi ad eum, qui sermonem Christi seruat. Itaque opera & obseruatio mandatorum Dei, ad iustitiam augmentum facit, imò & gloriæ. Ad diligentes enim, hoc est, iustos veniunt Pater, & filius.

Respondet ad ista tam perspicua Pareus lib. 4. cap. 19. de iustificatione, Nihil hoc ad iustificationem maiorem coram Deo per opera: sed diligentiibus Deum quales sunt iustificationi fide, promittitur dilectio, & benedictio gratulata.

At qui promittitur dilectio, & mansio Dei, illa noua dilectio, & inhabitatio fit per gratiam, & maiorem

sanctitatem, illa vero maior est iustitia. Per effectum venire docet Augustinus. Ecce exposita est causa, quare se suum manifestaturus est, non alienis, quos mundi nomine appellat, & ipsa est causa, quod hi diligant, illi non diligant. Qui enim diligunt, quia diligunt, eliguntur, qui vero non diligunt, filius hominum loquantur, & angelorum, sunt aramentum sonans, aut cymbalum tinniens.

Mereri autem dicimus, quia Deus se ad dilectores venturum promissit, itaque dilectionis, & obseruationis mandatorum respectu venit, gratuita benedictione, seu promissa; ex facto autem non potest non venire posita conditione dilectionis. Audiendus ergo Augustinus tract. 74. qui multum hoc facere ad iustificationem per opera dicit. Restat ergo ut intelligamus Spiritum sanctum habere qui diligit: & habendo mereri, ut plus eum gratia habeat, & plus habendo plus diligit. Tam itaque habebant Spiritum sanctum, quem Dominus promittebat, sine quo cum Dominum non dicebant: nec tamen eum adhuc habebant, sicut Dominus promittebat, habebant ergo, & non habebant, qui quantum habendus fuerat, nondum habebant. Habebant itaque minus, dandus erat amplius.

Si igitur expectamus Spiritus sancti maiorem gratiam, & consolationem; nam paracletus est, quod nomen adeo notum fuit Ecclesijs, ut etiam Syri retinuerint, vocant enim פרוקרוטא, paraclita, quod glossa interpretatur פרוקרוטא consolatorem.

§. 5. Prior quidem nos ille diligit, sed postquam à nobis vicissim diligitur maiore dilectione vicem reddit, illis autem se diligentibus sese manifestat. Porro cum veram dilectionem, non modò studium dilectionis querat, eodem modo etiam quæ de mandatorum obseruatione dicuntur sunt intelligenda. Itaque deprauat sensum scripturæ Caluinus, & Catena Marlorati, dum solius doctrinæ obseruantiam, cum studio incumbendi ad mandata seruanda requirunt, et si effectus conatus non respondeat.

§. 6. Quomodo se ostensurus esset Apostolis non Iudeis dubitauit Iudas, an forte semel atque iterum id futurum esset; nam regnum restitutum existimabant Theophyl. Non per somnum apparituum, sed ut æquum est patrem apparere, sic etiam se apparituum. Somnia enim prætereunt, se vero permanfurum.

Clare apparebit. οὐκ ἄρα ἐνεργῶδες ἔσται ἡ ἀπαφάνισις μου. Non enim per somnum aduentus meus. Id dixit, ne ut phantasma venturum existimarent. Excitat vero ad obseruationem præceptorum, cum illa seruantibus apparituum se promittit, & simul etiam fore secum patrem. Manifestauit autem se tam in hac, quam futura vita, ampliorem sui cognitionem tanquam peculiare præmium nostri in se amoris pollicetur. Hoc opus Paracliti erit ille προμνησει, suggeret. ὁ παρακλητὴς τὸ ἀσαφὴς καὶ δύσνόητος εὐγνωστα κατεστήσει. Paracletus illa qua sunt obscura, & difficilia cognita, facilia cognita efficiet. Et Theophylactus. τὸ οὐκ ἄγιον πνεῦμα, καὶ ἐδίδαξε, καὶ ἐπέμνησε. ἐδίδαξε μὲν ὅσα εἶπεν χεῖρας αὐτοῖς, ὡς μὴ δύναμεν ἡμεῖς διασκεύειν. ἐπέμνησε δὲ ὅσα εἶπε μὲν ὁ κύριος ἡτε δε δι ἀσάφειαν ἢ διὰ τὸ ναδὲς τὸ λογισμῶ, οὐκ ἠδυνήσομεν κατεργεῖν οἱ ἀπίστοι. Spiritus sanctus igitur, & docuit, & in memoriam reduxit. Docuit, quæ illis Dominus, ut ferre non valentibus non dixit in memoriam reduxit, quæ Dominus dixit, sed vel propter obscuritatem, vel intellectus imbecillitatem non poterant Apostoli capere.

VERSVS 16.

Et ego rogabo patrem; & alium paracletum dabit vobis; ut maneat vobiscum in æternum.

QVAESTIO II.

QV AESTIO I.

Quis alius Paracletus?

Christus modo vt homo, modo vt Deus loquitur.

§. 1. CVM vtraque in vna, eademque sit hypostasi, suasq; actiones proprias, ac iura contineat, Christus modo vt homo, modo vt Deus loquitur, cum rogaturum se patrem promittit, humani dispensationis est actio, cum mittere se Spiritum sanctum, diuinae maiestatis est professio. Monet Chryostomus promitti Spiritum sanctum, ne alterius incarnationis posset esse suspicio, Paracletus enim quem promittit, non est futurus homo, qui a spectabili presentia, aut verbis auditum pulsanctibus, sed qui interna inspiratione & energia animas consoletur. Quare quod Erasmus queratur non consolatorem vertisse, sed paracleti nomen retinuisse, nulla ratio est. Nam & Syrus Graecum nomen vt dixi retinuit.

§. 2. Contra Sabellianos tres distinctas personas veteres probarunt, & Christi, ac Spiritus sancti diuinitatem. Αιχολύθωσεν inquit Chryostomus p. 376. δ. καὶ οἱ τὰ σαβηλλίως νοσούντες. καὶ οἱ πάλι τὸ πνεῦμα ὁ ὄν τὴν προσώπων δόξαν ἔχοντες. Erubescant, inquit, qui illa quae Sabelli sunt, sapunt, & qui de Spiritu sancto veram sententiam non habent. Mirum enim esse dicit duas esse diametro pugnantibus haereses vno ictu cōfectas. τῷ μὲν ἵδ' ἐπεὶ, αὐτὸν δεικνύσιν αὐτὸς τῆς ὑποστάσεως τὴν διαφοράν. τῷ δὲ ἐπεὶ: παρομοιωτὸν, εἶσται τὴν συγγένειαν. Dicendo vero paracletum, substantia cognationem.

Confutatur & Nazianzenus oratione 37. quae est de Spiritu sancto. p. 597. πᾶ ὅ ἦσθε τὸ ἐκπορευτὸν, ἐπέ μοι, μέσον ἀναφανέν τῆς διαιρέσεως, καὶ πάλι κρείσσον ὅ, ἢ κατὰ σε θεολογῶν τὸ σωτήριον ἡμῶν εὐαγγελίον. Vbi dicitur id quod procedit collocabis? Dic mihi, quod medium indiuisione tua apparet, quod à Theologo meliore, quā sis, Saluatore nostro inductum est. Vt vero accuratissimi Theologi disputatio & modus plane Scholasticus cognoscatur, plura eius verba apponere visum est. καὶ ὅσον μὲν ἐκείθεν ἐκπορεύεται ὁ πῦμα. καὶ ὅσον δὲ ὀυζενήτων, ὀυζ υἱός. καὶ ὅσον δὲ τὸ ἀγεννήτου, καὶ γεννητὸ μέσον θεός. Quatenus illinc procedit, non est creatura. Quatenus non est genitus non est filius. Quatenus inter ingentium, & genitum est medius, Deus est.

Processio Spiritus sancti.

Non vero quis quaereret, quae esset illa processio. Ipse quaerit quid sit ἀγεννησία τῆ πατρὸς. Patris ingentura. Haec autem non posse vllum φουσιολογεῖν, nisi se praecipitare in insaniam velit, vt qui nec arenas maris, nec pluuiae guttas, nec alia, quae sunt ante pedes cognoscere possimus. Vide quae de relationum differentia ibidem disputat.

Spiritus sanctus dat vires seruandi praecepta.

§. 3. Hoc etiam ex Caluino obseruandum: Existimare eum; Christum dum Spiritum sanctum promittit simul etiam polliceri, se praeceptis suis seruandis vires daturum. Nam alioqui parum efficax esset exhortatio. Quod si verum est, vt est verissimum: Consequitur omnino Dei praecepta obseruari posse, cum ad id Christus vires promittat, & quod promittit, etiam praestet. Curenim vires ad inefficacem, & imbecillum conatum voluntatis duntaxat, praestare, non ad effectum praestare fingit. Quin etiam illud satis constat, dari gratiam sufficientem omnibus. Nam sine illa fateatur fore exhortationem non efficacem.

VERSUS 17.

Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum. Vos autem

cognoscitis eum quia apud vos manebit, & in vobis erit.

QV AESTIO I.

Quare mundus non possit accipere Spiritum sanctum?

§. 1. MUNDUM sine dubio appellat homines carnales peccato deditos, quos idcirco negat posse accipere Spiritum sanctum, quia non videt eum, nec scit eum. Hic autem est Spiritus veritatis, qui vmbri, creaturis, erraticis hominum entibus imponitur. At cur non dando Spiritum suum Deus facit, vt eum possit accipere mundus videre & scire? Nonne multi impij accepto Spiritu eum scierunt? Theophylactus non posse videri & cognosci, & corporaliter suscipi, non enim incarnandus, itaque mundi nomine externam susceptionem Verum necessarium Apostoli acceperunt, non enim viderunt. Augustinus vero; mundum non posse accipere, quando suo in statu permanet; nam si aliqui è mundo accipiant, iam in mundo esse desinunt. Sic autem mundum dixit, non posse accipere Spiritum sanctum, sicut etiam dicitur est; prudentia carnis inimica est in Deum. Legi enim Dei non est subiecta, nec enim potest: velut si dicamus iniustitia, iniustitia esse non potest, mundum quippe ait hoc loco, mundi significans dilectores, quae dilectio non est à patre. Adiungit. Non habet inuisibiles oculos, mundana dilectio, per quos videri Spiritus sanctus potest, qui videri nisi inuisibiliter non potest.

Fallum est autem solos electos accipere Spiritum Dei. Vt Caluinus hoc loco fingit, cum multi reprobi eum excutiant: Ideo que necesse est vt habuerint.

§. 2. Caluinus ad ἀνεργόσαν suam stabiliendam hunc locum inducit. Pareus l. 3. c. 9. de iustificat. Sic argumentum format. [Si fideles cognoscunt Spiritum sanctum in se manentem, & arcanam sui cum Deo coniunctionem, quam mundus nec nouit, nec comprehendit fieri non potest quin eiusdem Spiritus inhabitantis testimonio indubitanter cognoscant primum gratiam. Spiritus enim ille sanctus, inquit Dominus v. 26. docebit vos omnia.]

Haec erudite l. 3. c. 9. refutat Bellarminus. Respondeo. Ex priore loco solum colligi, eos qui per fidem Spiritum sanctum noscunt, non sine eius gratia, & auxilio noscere. Non potest accipi Spiritus sanctus, nisi prius cognoscatur, nec cognosci, nisi accipiatur. Duobus modis est in nobis, per fidem & iustitiam integram. Mundus cum non potest accipere ad iustitiam perfectam; quia non habet per fidem. Apostolos autem cognouisse constat Spiritum sanctum, & certi fuerunt, ea quae acceperunt, non esse sine Dei auxilio. Possunt autem habere Spiritum sanctum, nec tamen id certo scire. Videri autem, & scire, vt videndus & sciendus est, non potest à nobis, nisi sit in nobis, monet tract. 74. Augustinus. Nec Spiritus sanctus prorsus omnes omnia docet, sed pro Dei ordinatione omnia, vt alibi exposui: nec enim omnibus futura praenunciat.

Occurrit Pareus. [Ex priore aut, colligi cognitionem ipsius Spiritus. Ergo cognitionem eorum quae sunt Spiritus, inter quae facile primum est cognitio propriae gratiae.]

Haec ille contra scripturas tot manifestas, & toties Deum excusulas. Quasi Spiritum sanctum non noscat quilibet, nisi omnia quae ipsius dona & officia sunt penitus perspecta habeat.

Assumit ergo veluti certum id, quod probandum est. Si fide cognoscimus Spiritum sanctum, omnia igitur quae sunt Spiritus cognoscimus. Nihil absurdius dici potest; Deum nouimus per fidem, nec omnia ta-

Adami Conzen
17
+ Evangelium
17

Perp
Eccl
17
17

